



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 23. Quidam Religiosi Lutherum confutant. ejus apologia

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. „ set, quod de Leone jam occiso ac pro-  
A.C. 1519. „ strato triumphum reportare voluerim;  
 „ denique Lutheri scripta confutari ne-  
 „ queunt, ni saltem una vel altera vice fue-  
 „ rint relecta; id vero temporis angustia  
 „ mihi haud permittunt, cum ægre pro-  
 „ priis meos ingenii partus secundis cu-  
 „ ris elaborandi spatium supersit. „

Ceterum Erasmus, quamvis adeo indulgenter cum Luthero egerit, nihilominus illius errores, furoremque detestabatur, quamprimum de insana illius rabie certior factus fuerat.

## §. XXIII.

*Quidam Religiosi Lutherum confutant, ejus apologia.*

Non eadem moderatione, qua Erasmus, quidam Religiosi ex Ordine FF. Minorum erga Lutherum utebantur; cum enim Ecclesiae fidem ab eo impugnari cernerent, vehementiori stylo illum insectabantur, atque editis libellis præcipue hunc hæreticum accusabant in eo, quod Ecclesiam universalem in generalibus Conciliis repræsentari negasset, simulque docuisset, quod nec Papa Christi Vicarius, nec D. Petrus Apostolorum Princeps esset. Eidem etiam exprobrabant, quod tradidisset, Canones nonnisi ad satiandam summorum Pontificum, ac  
 cete-

ceterorum Antistitum avaritiam fuisse Sæcul. XVI.  
 conditos, nec ulla dari consilia A.C. 1519.  
 Evange-  
 lica, cunctaque in Evangelio contenta esse  
 præcepta. Præterea Lutherum argue-  
 bant, quod nec confessionem de jure di-  
 vino requiri, nec liberum arbitrium dari,  
 nec bona opera esse necessaria affirmasset,  
 ac tradidisset, quod Deus impossibilia ho-  
 minibus præceperit, & potius rudi agri-  
 colæ, qui sacras literas allegat, creden-  
 dum sit, quam Pontifici & Conciliis,  
 quæ in sacræ Paginæ testimonio non fun-  
 dantur: denique Lutherus accusabatur,  
 asseruisse, quod Christus nil pro se, sed dun-  
 taxat pro nobis meruerit, ac Bohemi  
 hæretici meliores sint Christianis. Ad  
 hæc Lutherus respondit: I. Deus homi-  
 ni quædam præcepit, quæ abs gratia  
 adimpleri nequeunt. II. Nunquam con-  
 silia idem esse ac præcepta affirmavi. III.  
 Fateor, quod Canones & Decretales in  
 quibusdam locis superbiam & suorum  
 Authorum avaritiam prodant. IV. Nec  
 diffiteor, quod homo non sit liber, quia  
 absque gratia nil nisi malum operari po-  
 test. V. Affirmo, quod Laicus sacri Co-  
 dicis auctoritate suffultus majorem fidem  
 mereatur, quam Papa, Concilia, imo  
 & ipsa Ecclesia, prout Canonum Docto-  
 res post D. Augustinum tradunt. VI. Ve-  
 rum est, quod nec S. Petrus, nec Pa-  
 pa sit superior Apostolis & Episcopis de  
 F f 4 jure

**Sæcul. XVI** jure divino, quia juxta S. Hieronymum  
**A.C. 1519.** Sacerdotes in prima eorum institutione  
 ab Episcopis non distinguuntur.

## §. XXIV.

*Disputatio Lipsiensis Eckium inter &  
 Lutherum ac Carolstadium.*

*Cochl. de act.* **C**um Carolstadius Doctor, ac Wirtem-  
*Luth. ann.* bergensis Archidiaconus facili nego-  
*1519.* tio sese ad Lutheri partes pertrahi pate-  
*Act. Disp.* retur, is eundem quoque frequenter de-  
*Lips apud* fendendum suscepit, præcipue ubi hic  
*Luth. tom. I.* hæresiarcha theses quasdam publicavit  
*Ep. Phil.* adversus Eckium, qui ejus doctrinam  
*Melanct. ep.* acerrime impugnabat. Postquam ergo  
*Eck. ib. ad* propositiones discutiebantur, Carolsta-  
*Oecolamp.* dius ad publicam admitti petiit disputa-  
*Melanct.* tionem, in qua doctrinæ capita Eckium  
*lib test. præf.* inter & Lutherum controversa exami-  
*ad Frid.* narentur. Eckius, cum ipse ejusmodi  
*Myron.* colloquium percuperet, haud invitus an-  
*Sleidan. in* nuit, quocirca Lipsiensis urbs, publici  
*comm. l. I.* certaminis locus designatur. Equidem  
*p. 35.* Merseburgensis Diocesis Episcopus, nec  
 non Lipsienses Theologi hujus disputatio-  
 nis exitum Carolstadio funestum vere-  
 bantur, unde nil intentatum relinque-  
 bant, ut hanc disceptationem in præfa-  
 ta urbe haberi præpedirent. Attamen  
 Georgius Saxonix Princeps, Electoris  
 Friderici Patruus, cui ea urbs tum pa-  
 rebat,